



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XXXIV. De voto, & voti redemptione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

## XXXII. De conversione conjugatorum

**R**eligionis professio, de qua proximo loco dictum fuit, etiam a persona conjugata fieri potest. Sed hic notetur distinctio: enim hoc contingit ante matrimonium summatum & carnis commixtionem post. Priori casu etiam altero invito monasterium eligere potest: remanens in seculo non prohibetur ad secundum transire. c. 2. Posteriori casu opus est, uterque conjugum monasterio se dedice: uno monasterium eligente, alter nulla conversationis suspicione vel infamia notus continentiam ultro promittat. *can. 5. & 6. rat. 8.* utroque casu dicuntur conjugati converti; quoniam a vita seculari ad religionem convertuntur.

## XXXIII. De conversione infidelium.

**A**lia est conversio infidelium, qui a infidelitate ad fidem Christianam convertuntur.

## XXXIV. De voto, &amp; voti redemptione.

- 1** Secunda quaestio est, quomodo obligatur quis ad religionis habitum assumendum.
- 2** Obligatur voti emissionem. §. Votum est ad cuius rei faciendam vel non faciendam Deo facta pollicitatio. §. Dividitur autem in necessarium, & voluntarium. Necessarium votum

itur, quod fit in baptismo, dum is, qui ba-  
 zatur, Satanæ & ejus operibus renunciat,  
 se fidelem fore, & divina præcepta servatu-  
 m promittit. *Inf. q. 1. c. Spirit. Sanctus. 39.*  
*De consecr. dist. 4. c. prima. 72.* Vo-  
 untarium votum est, quod quis sponte sua &  
 libera voluntate facit, se ad id adstringens,  
 quod ante votum non tenebatur: ut ad  
 continentium, vel abstinendum, vel peregri-  
 andum. *17. q. 1. c. 1. & 2. & 32. q. 8. c. non solum.*  
 Hoc subdividitur in simplex, quod solemni-  
 tate vacat, & solemne, quod per susceptionem  
 sacri ordinis, vel per expressam aut tacitam  
 probatæ religionis professionem est solemni-  
 tum. *Inf. qui cler. vel vov. c. 3. & lib. 6. h.*  
*ar. un.* §. Hæc vota voluntaria dicuntur  
 ratione initii habita, quia nemo vovere co-  
 gitur: sed semel facta obligant jure divino.  
*Num. c. 30. & Deut. c. 13. & Psal. 75.* & jure  
 canonico. *ca. 7. vers. sane.* & jure civili *D. d.*  
*pollic. lib. 2.* §. Ergo necesse est hæc vota im-  
 plere, exceptis certis casibus. I. Si vovens non  
 habeat liberam voluntatem vovendi, ut si im-  
 pubes voveat sine consensu parentis, vel tuto-  
 ris. *20. q. 2. c. 1. & 2.* II. Si sit votum turpe, ac  
 rei illicitæ. *16. q. 4. c. in malis. 5.* III. Si quis  
 simpliciter dixerit se velle fieri monachum,  
 nec ad aliquem ulteriorem actum processit.  
*1. 3. & 17. q. 1. in fin. & q. 2. c. 1.* IV. Si condi-  
 tio, sub qua quis vovit, non sit impleta. *32. q. 8.*

*c. non*

*c. non solum in fin.* V. Si ex iusta causa, superioris auctoritate interveniente votum redemptum, vel mutatum. *c. 1. 2. 7. c. 8. c. 9.* vel dilatatum. *c. 5. c. quod super 8.* solutæ sunt quæstiones duæ de regularibus monachis, videlicet quibus modis fieri, quibus modis obligentur ad regulam piendam.

*XXXV. De statu monachorum, & regularium.*

- 1 **T**ertia quæstio est, quis sit status eorum qui jam monachi vel regulares facti sunt.
- 2 **S.** Sciendum est, ea, quæ ad statum pertinentem duplicem distinctionem recipere. I. Quædam sunt necessario observanda, ita ut quidem Papa adversus ea dispensare non potest, atque hæc sunt tria, quæ vocantur substantialia, nempe propriæ voluntatis renuntiatio, proprietatis abdicatio, & castitatis observatio: alia sunt, in quibus dispensatio absumitur, ut propriæ regulæ observatio in vestimentis, cibo sumendo, & cæteris ad regulam pertinentibus. *c. 6.* II. Alia sunt communitativa: canonicis regularibus & monachis, ut ea, quæ substantialem vocari dixi: alia sunt monachorum propria, quia regulares canonici non vivunt regulæ laxiori, ideoque facilius ad regimen Ecclesiæ assumuntur. *cap. 5.* S. Ut autem status conservetur, id est, ut regula observetur, jure cautum est, ut in singulis regimine